Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



374
378

benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia. castitas. & his similia. In his enim fructibus. qualis sit unusquisq; cognoscitur homo.

Nunquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus. Spinas ergo & tribulos. scti curas. & punctiones eē uitiorū. De quibus peccanti homini dictum est. Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi.

Ficus uero & uua dulcedinem conuersationis nouae. quam dns in nobis resurrt. & feruorem dilectionis. quia & ficat cor hominis. Non autem de spinis uuas neq; de tribulis ficus colligitur. quia mens adhuc uetus hominis consuetudine depressa simulare potest. sed fructus noui hominis ferre non potest. sicut omnis arbor bona fructus bonos fac. mala autem arbor fructus malos facit. non potest arbor bona fructus malos facere neq: arbor mala fructus bonos facere.

Augustinus. Arbor est ipsa anima. id est ipse homo. fructus uero opera hominis. Non ergo potest malus homo bona operari. nec bonus mala. ergo si uult bona operari. bonus primo fiat. prius enim mutandus homo. ut opera mutentur. Sicut enim manet homo in eo quod malus est. bona opera habere non potest. si manet in eo quod bonus est. mala opera habere non potest. Sic ergo unusquisq; arbor bona. non se arbitretur habere fructus bonos. Si manet arbor mala. non erit fructus bonus. nisi arboris bonae. Mutatur. & mutabit opus. Exstirpa cupiditatem. planta caritatem. Sicut enim radix est omnium malorum cupiditas. sic & radix est omnium bonorum caritas. omnis arbor q: non facit fructum bonum excidet & in ignem mittet. Quia unusquisq; peruersus. paratam citius gehennae concremationem inuenit. qui hic bono operis fructum facere contemnit. Non omnis qui dicit mihi dne dne intrabit in regnum caelorum. sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. ipse intrabit in regnum caelorum.

Sicut supra dixerat. eos qui haberent uestem uitae bonae. non recipiendos propter dogmatum nequitiam. ita nunc e contrario asserit. nec his quidem accomodandam fidem. quicum polleant integritate fidei. turpiter uiuunt. & doctrinae integritatem malis operibus destruunt. Utrumq; enim dei seruis necessarium est. ut opus sermone. & sermo operibus conpbetur. huic sententiae potest illud uidere contrarium. Nemo potest dicere dns ihs nisi in spiritu sancto. sed moris est scripturarum. dicta psalmis accipere. Ut statim inconsequentibus huius eiusdem appbat. refutare eos qui iactant se in operibus scientiam dni. & audiunt a saluatore. Recedite a me operarii iniquitatis nescio uos. Et apostolus in hunc sensum loquit. Confitentur se dm scire. factis autem negant. EBDOMADA X. POST PENT COST.